



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Andreæ Vallensis Vvlgo Del Vavlx Andanensis, I. V. D. Et  
In Alma Academia Lovaniensi SS. Canonum Professoris  
Ordinarii, Paratitla Ivris Canonici Sive Decretalivm D.  
Gregorii Papæ IX. Svmmaria Ac ...**

**Delvaux, André**

**Coloniæ Agrippinæ, 1686**

**Tit. 13. De rebus Ecclesiæ alienandis vel non.**

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62177](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-62177)

bulla, *Extravag. Cum detectabile De simonia.*  
Item purè, id est sine conditione, sine pacto,  
non alternativè, can. *Quam pio 1. o. q. 2. c. fin. sup. De  
pactu &c. 2. De elect. in t. quia talia quoque re-  
dolent simoniam. Item sine modo, quia hic  
accedit prohibitæ conditioni, e. *Verum 4. inf. de  
candidat. appositio.**

7. Item in perpetuum seu ad vitam collata-  
ni, non verò ad tempus, e. *unico juncta Glos. in V.  
propositi de capellis Monach. in 6. Rebuff. de re-  
quisitis ad collationem num. 13. Vicarius tamen  
vel Oeconomus ad tempus dari solet, e. Cum  
vot. sup. *De officio Ordinarii.* Beneficium etiam  
curarum dare potest Episcopus in commendam  
ad sex menses, e. *Nemo 15. de elect. in 6. & ta-*  
*lis Commandatarius non dicitur verus Præla-  
tus vel curatus, sed Depositarius & Procurator;*  
*ne fructus facit suos, sed eos colligere, & in  
necessitates Ecclesiæ dispensare potest, Glos.  
in d. t. Nemo in V. Commendare.* At verò bene-  
ficii simplicia etiam ad vitam commendare  
potest Episcopus, e. *Sic consisterit 13. inf. de ac-  
cessu, quod & Pont. in majoribus beneficiis sa-  
pienti. Et talis Commandatarius dicitur ve-  
rus Prælatus; habet eandem auctoritatem &  
potestatem iurisdictionis & administrationis,  
quam habet obtinens beneficium in titulum; &  
facit fructus suos, potestque utibaculo & mi-  
tri, si hoc competit beneficio commendato ex  
usu loci vel alla ratione, Piafec. d. loco num. 40.  
§ 4. Datur etiam beneficium ad tempus,  
quando datur coadiutor ægroti, seni, illiterato,  
e. penit. & sup. *De Clerico agrotante;* ubi vide,  
& que lib. 1. ad Tit. de officio & potest Vicarii §. 7.  
de Coadjutore diximus**

8. Potest etiam fieri collatio sub conditione  
qui ipso iure vel statuto, vel fundatione, in-  
stitutione, aut consuetudine legitima inest,  
sco modo exprimatur, quo inest, cum condi-  
tione, quæ sive natura inest, non efficiat contra-  
dictum conditionalē: veluti si parochiale be-  
neficium conferatur alicui sub conditione, ut  
alid simile deponat: ut residat, vel sub con-  
ditione, si vacans, sit dignus, Glos. in cap. 2. *Dee-  
lectu in V. incerta Rebuffus de requisitis ad col-  
lationem num. 2. Piafec. d. loco n. 32. in fine.* Si-  
militer valer præsentatio, non modò alterna-  
tiva, sed etiam conditionalis, incerta, dubia

& obscura, dummodò intra tempus, quod da-  
tur ad præsentandum, conditio purificetur: in-  
certitudo, dubietas & obscuritas tollatur.

9. Ad hæc conferri debet beneficium libere,  
id est, non per merum, non per vim, cap. 2. *Ad  
aures sup. De hi que vi metuose causa sum: quia  
collatio est quædam donatio, quæ liberalitez  
fit.*

10. Denique non subreptiæ aut obreptitiæ, si  
fiat à Papa, vel ejus Legato, sub poena nullitat-  
is, e. *Cum ad eo sup. De re judicata.* Nam collatio  
Ordinarii, qui motu proprio & Ecclesiæ, non  
personis, uti Pontifex & Legatus ejus, provi-  
det, non potest impugnari subreptionis, e. *Cle-  
ment. 2. de officio Ordinarii.*

### TITULUS XIII.

#### De rebus Ecclesiæ alienandis vel non.

##### §. I.

###### De non alienandis rebus Ecclesiæ.

1. *Clericis omnibus prohibita alienatio rerum Ec-  
clesiasticarum.*
2. *Episcopus tenetur facere inventarium bonorum  
sua Ecclesia.*
3. *Et jurare de non alienando.*
4. *Nomine alienationu quid hic intelligatur.*
5. *Etiam iura alienari nequeunt.*
6. *Pœna alienantium res Ecclesia.*

**D**E collatione præbendarum ac beneficio-  
rum, & modis, quibus ea fieri debet, sa-  
tis superque dictum est. Deinceps videa-  
mus, quid juris Clericis in beneficiis suis, &  
maxime in rebus Ecclesiæ & bonis benefi-  
ciorum suorum habeant, potissimum circa  
alienationem talium bonorum. Inscriptio  
vero Tit. hujus duplex membrum habet,  
De alienandis rebus Ecclesiæ, vel non alienan-  
dis.

1. *Quod ad secundum hoc attinet, aliena-*

310

tio ista à sacris Canonibus verita est Clericis, *sic hoc tit. in 6. Clement. & Extravag.* Non tantum simplicibus, sed etiam Praelatis, Episcopis & Archiepiscopis, e. *Si quis presbyterorum 6 e. Ad audiendum 9. hoc t. & multò magis laicis, id est, Regibus & Principibus, in quotum territorio res tales sitæ sunt, e. 2. b. t. non tantum in extraneum vel laicum, verum etiam in aliam Ecclesiam, vel personam Ecclesiasticam, e. 1. b. t. Ea ratione, quod bona Ecclesia sint in domiaio ipsius Ecclesie, non Clericorum, qui ante distributionem & applicationem, sibi legitimè factam, sunt tantum administratores & procuratores, can. *Si privatum ult. XII. q. 1. qui nequeunt, donare seu remittere, e. 2. inf. De donat. l. Filius fam. D. eod tit. l. contra iuria 28. §. 2. l. Imperatores 37. D. De pacifico l. Pacium curatoris 22. Cod. De pacifico l. Praes 12. Cod. de transact. Gazz. de benef. p. 3. e. 3. n. 46. Vnde neque Episcopus, vel alius Clericus, sibi ea bona usurpare potest, d. can. *Siprivateum, can. Monemus XII. q. 2. sed custodireteneatur, & vel cum vita periculo defendere, can. Convenior 12. juncta Glos. in V. pro altaribus XXII. qu. 8.***

3. Tenetur item Episcopus curare fieri reperitorium seu inventarium omnium donorum & jurinum suæ Ecclesie & aliorum beneficiorum Ecclesiasticorum suæ diocesis, & construi archivum, in quo hujusmodi iura deponantur & adserventur. Praesec. 2. p. 5. art. 2. n. 2. ubi refert de archivo in Ecclesia Cathedrali construendo emanasse Constit. à Sixto V. incip. *Provida, publicatam Romæ anno 1587. die 8. Iunii.*

3. Solerque Episcopus in promotione sua jure in hæc verba: *Possessiones vero, ad mensam meam pertinentes non vendam, neque donabo, neque impignorabo, neque de novo infundabo, vel aliquo modo alienabo etiam cum consensu Capituli Ecclesia mea, consulito Romano Pontifice. Et si ad aliquam alienationem devenero, penas in quadam super hoc edita Constitutione contentas, eo ipso incurvere volo.* Grec. Praesec. d. loco num. 5.

4. Nominis autem alienationis licet propriè veniat omnis actus, per quem transfertur rei dominium, hic tamen id latius sumitur, ut contineat donationem, renditionem, permutationem, emphyteusim, infestationem, usumfructum, hypothecam, locationem ad longum tempus & Nulli 5. §. alienationis b. sit. b. ult.

*G. De reb. alienis non alienan. Hæredis item institutionem, legatum, fideicommissum, e. 1. b. Cum in officiis cum duobus seqq. sup. De transact. etiam transactionem, quando per eam res traditur: secus, quando per eam res tenerur, Rebus, in compendio alienationis rerum Ecclesian 2. Imo & juxta Extravagantem Ambito a b. t. in communibus, locationem ultra triennium quando scilicet res quotannis dat fructum. Alioquin res alterius anni dum taxat fructum fecit, post locari ad sexennium: sicut &c, quandoque est conditionis, ut non nisi quilibet triennio ea fructus percipiatur, ad nonvennum, Cov. 3. Variar. resol. cap. 16. n. 6.*

5. Sed nec jura, actiones vel nomina debitorum alienari permituntur, Abbas in d.e. Nulli, 9. b. t. Neque etiam servitus aliqua de novo Ecclesia imponi potest. Pialec. d. loco n. 2.

6. Quod si Clericus, vel etiam Praelatus, non obstante hac prohibitione, alienaverit res Ecclesia sua, ea alienatio ipso jure est nulla, & tam alienans, quam qui accepit, nisi mox restituat res una cum fructibus, excommunicatur. *Si quis hoc tit.* Et quilibet Clericus Ecclesia illius, cuius res est alienata, imò etiam ipse Praelatus, qui alienavit rem, potest eam à quilibet possidente repetrere, una cum fructibus, perceptis à tempore alienationis, d.e. Si quis. Quia etiam empator, licet forte bona fide emittit, ignorans rem esse Ecclesia, cogit eam restituere, non recepto ab Ecclesia, cuius res est, pretio, sicut & jure civili empto tealiena, l. Si mancipium Cod. Derii vindicat. Quia alienans rem meam, sine meo consensu, non potest mihi nocere & damno esse, l. Non debet 74. D. De regulis iuriu. Poterit tamen empator bona fide priuum repetrere ab auctore suo, id est ab eo, a quo emit, e. *Ad audiendum 9. hoc sit.* At malæ fidei empator, id est qui rem sibi vendicat non ignoraverit esse Ecclesia, cogit & rem restituere, & priuum, quod solvit, amittit: quod cedit non lueto venditori, sed Ecclesia, cuius res alienata est, l. *Submisus 14. §. 1. Cod. De sacro sancti. Ecclesie.* Neque contraria consuetudo alienandi juvat alienationem, quia censetur irrationabilis. *Glos. in*

*c. Cum Causa in V. præjudicatu def. sent. & re judicata Pialec. d. loco num. 13.*

§. II. Dc

III. De alienandis rebus Ecclesiae quibus scilicet casibus permitta sit alienatio.

1. Res qua servando servari non possunt, licet alienantur.
2. Res item in feudum dari solita de novo infundari.
3. Item res exigui valoris.
4. Vi et res nondum quaesita Ecclesiae.
5. Relicta incapacibus, veluti mendicantis.
6. Usum ususfructus bonorum, durante vita Praelati.
7. Aliis non possunt, nisi ex justa causa & solemniter.

Sicutur alterum membrum de alienandis rebus Ecclesiae, quia regula de non alienandis disparitatis casibus exceptionem. \* 1. in primis licet alienantur res mobiles, quae servando levavi non possunt, id est quae sine notabili deterioratione non durarent, quaeque uendo adsumuntur, ut sunt arborum fructus, viuum, oleum, frumentum, jumenta & pecunia singularia, Piasc. d. loco n. 19. Pecunia etiam regulatiter numeratur inter res, quae servando levavi nequeunt, cum retenta nihil operetur. Panormit. in e. Nullus, n. ii. hoc sit, nisi res immobili comparanda, voto, juramento, aut precepto superioris destinata sit, quia cum interres immobiles numeranda est, Piasc. d. loco n. i. referit ita decimum fuisse in Rota. Similiter arbores grandes, quae non confueverunt cedri innumerantur immobilibus, Choppin. Descriptistica lib. 8. tit. 3. n. 12. nec possunt etiam silvæ edige taliter excisci, quod bona Ecclesiae detinorentur Panormit. in d. cap. Nulli, Navar. Consil. 6. num. 2. eod. sit.

2. Preterea res ancedentie infundati vel in emphyteusim dari solita, feudo hujusmodi vel emphyteusi expirante, iterum in feudum seu emphyteusim dari potest, absque solemnitate iuris ad alienationem prescripta; modò id fiat in Ecclesiae evidenter utilitatem, & antequam illius sei fructus Ecclesiae incorporentur; quia tum non censetur nova alienatio, quae à jure prohibetur, sed continuatio quædam alienationis ante facta. Ut autem res dicatur in feudum vel in emphyteusim dari solita, sufficiunt duo plus confessionis facta, vel uagus solemnis.

cum xi. annorum decursu, Piasc. d. loco n. 10. Vbi subjungit, quod, cessante causa prime concessionis, non possit de novo concedi; quodque, si major offeratur census vel canon, non debeat concedi pro antiquo canonone; neque cum tali conditione, quæ gravior sit Ecclesiae, quam antea fuit; neque pro feminis, si masculis tantum concedi consuevit.

3. Terræ quoque, vineolare, & aliae res, sive immobiles, sive mobiles, modici & exigui valoris, si id postulet Ecclesiae utilitas & necessitas, alienari possunt, can. Terræ xxi, qu. 2. Cum neque per Extravag. Ambitiosa in Communib. hoc sit neque per Concil. Trident. derogarum esse, idque declarasse sacram congregat. Cardd. testatur Quaranta V. Alienationis 14. & ex eo Piasc. d. loco n. 24. Quæ autem dicatur res, modici & exigui valoris, arbitrio relinquitur JUDICIS seu boni viri, qui consideratis Ecclesiae alienantis facultatibus, valore rei alienandæ, & loci consuetudine, estimabit & judicabit, an res sit modica seu modici valoris, arg. texius in e. Ceterum inf. Ds donat. Piasc. ibid. n. 5.

Pari modo potest terra Ecclesiae non fertili dati in emphyteusim hereditibus eius, cuius studio primum ad culturam est redacta, cap. Ad aures 7. hoc sit.

4. Potest etiam licet alienari res, nondum quaesita Ecclesiae, id est, nondum cœpta possidenter ab Ecclesia: sic enim remitti potest legatum, vel hereditas relicta testamento Ecclesiae, maximè si timeantur odia, vel scandalum. Et enim in acquirendis potest Praelatus præjudicare Ecclesiae suæ: nisi legatum communiter serviret Episcopo & Capitulo, quo cassu illi Episcopus renuntiare non posset in præjudicium Capituli.

5. Similiter relicta Ecclesiae incapaci. v. g. Mendicantibus, licet alienantur, Piasc. d. loco n. 32. Ubi subjicit, posse etiam Regulares bona sua uigore privilegiorum sibi indultorum alienare; ac specialiter Gregorium XII. indulisse Partibus Societatis Iesu, ut possint bona sua alienare arbitrio sui Præpositi Generalis, nulla alia petita licentia à Sede Apostolica vel loci Ordinario.

6. Denique usum fructum bonorum mensæ suæ Praelatus ad beneplacitum suum, vel vita sua durante licet alteri concedit, Piasc. d. loco n. 35.

○ ○

Caterus,

Cæterarum vero rerum, cum immobilium, tum etiam mobilium, si pretiosæ sint, & servando servari possint, ut sunt vasa aurea, argentea, casulae, tapetes, & quæcumque triennio non corruptiuntur, vel notabiliter non deteriorantur, alienatio non aliter permititur, quam ex justa causa, & servata forma à jure præscripta, e. unic. 17. Extravag. hostit. can. Sine exceptione XII. qu. 2. Quia duo ad validitatem alienationis conjunctim requiruntur, ut unum sine altero non sufficiat, & altero deficiente alienatio sit ipso iure nulla, e. ult. hoc in. De utroque proinde inde specialiter nunc videamus.

## §. III.

Quæ sit justa causa & solemnitas requiri ad ejusmodi alienationem.

1. *Iusta causa alienandæ res Ecclesiæ.*
2. *Solemnitates qua servanda in ea alienatione.*
3. *An inconsulto Pontif. alienatio sit licita,*  
*& quantum.*
4. *In dubio præsumuntur servata solemnitates.*
5. *Enormiter lata Ecclesiæ restituhi potest.*

1. **I**usta igitur causa alienandi res Ecclesiæ est quadruplex, Prima est Necessitas, cui aliter succurri nequeat, Clement. 1. hoc tit. e. 1. in f. de pignoribus: ut si Ecclesia ære alieno gravata sit, nec habeat res mobiles ullas, unde solvat. Secunda, Vilitas manifestatur si res aliqua Ecclesiæ alienatur ad aliam meliorem emendam, d. Clément. 1. Ep. d. can. Sine Exceptione, e. Vi super 8. in fine h. t. Tertia, Pietas, veluti ad redimendos captivos, pauperes tempore famis alendos, can. Aurum, can. Gloria 71. XII. q. 2. Quarta est Incommoditas, ut sit res Ecclesiæ ut sumptuosa, & parum utilis; sed hæc revocatur ad secundam.

2. Solemnitas seu forma consistit in his quatuor; Primo, ut à Prelato cum Capitulo vel Clero super re alienanda fiat tractatus, an expediatur eam alienari, d. can. Sine Exceptione: & sufficit unus tractatus Secundo, ut Capitulum consentiat exprestè in alienationem; sicutem pro majori & seniori parte, d. e. 8. in fine hoc. tit. Ec. Quanto sup. De bius quasfuncti Prelato sine con. Capit. Tertio, ut Capitulum subcubat: hoc

tamen non requisitur, nisi in donatione, venditione, & permutatione. Imò jam consuetudine receptum est, ut sufficiat subscriptio Notarii. Quod si alienetur res Ecclesiæ, habens Rectorem unum, eo quoque in consulo vel in vita, alienari res nequit, e. Placuit 51. XII. qu. 2. ne quidem vacante Ecclesia, can. ult. x. qu. 2. Quarò, ut Superioris auctoritas: quia non exemptis est Episcopus, à quo saltet in his ditionibus concedi facultatem alienandi res ad Ecclesiæ sibi subjectas spectantes, testatur Zypapus hoc tit. num. 2. In exemptis est Prelans, cui Ecclesia vel Monasterium immedie libet. In alienatione tamen rerum Monasteriorum tantum opus est consensu Capituli & Abbatis, sed & Episcopi, qui cognoscat, an expedit Ecclesiæ fieri alienationem, can. Abbatum x. 1. qu. 1. can. In venditionibus XVI. qu. 7. In patronarum men Ecclesiæ consensu Patroni non necessarium requiri, tenet Abbas in e. unico sup. VI. et cel. beneficio dimittit. confer. Plac. d. loco num. 16. nisi quod bona, quæ ab ipso patrone provenient, quo pacto intelligi potest. Chop. De sacra polit. lib. 4. 3. 2. num. 2. q. ubi consensum requirit patroni.

3. Præter hanc formam Paulus II. in d. Extravag. Ambitiosa statuit, sub gravibus penitentiis nulla sit alienatio concessioque bonorum Ecclesiæticorum aut pii loci, in consulo Romano Pontifice: & ut facta aliter nullas intromissiones & momenti. Hæc tamen Extravagans non videtur passim usu recepta, praeterea quanto ad locationem & quoad penas. Sylvester in Summa V. Alienatio § 15. Navat. in Manuali. 27. n. 149. Covat. I. 2. Far. refol. e. 16. num. 6. Neque opus est hac consultatione in rebus momentis nec quando de facili adiri & consuli Pontifex non potest, vel ubi constat alienationem esse necessariam & in mora periculum esset, veluti pro alimonia pauperum, urgente fame vel alia necessitate, pro redempione captivorum, can. Gloria Epistoli XII. qu. 2. Plac. d. loco num. 28. Nec item in alienatione summæ pecuniarum ad plium usum, quantumvis ea magna sit, si ad mensam pertineat Prelati, Lessius De Iusti. & Iure lib. 2. e. 24. Dubit. 14.

4. In dubio autem præsumuntur servata solemnitates, ex diuturnitate temporis. Nec id mirum, cum temporis etiam diuturnitate nempe XL, annorum præscribi res Ecclesiæ

posuit; Pias eccl. ibid. num. 17. ubi alios citat.  
Nec obstat Constitutio Pauli IV. quam re-  
fert Pet. Matthæus in suo VII. Decretal lib. 1.  
Tit. 1.c. 2. qua omnes alienationes beatorum quo-  
rumvis Ecclesiasticorum, sine requisitis solem-  
nitatis, & in damnum Ecclesiastum factas,  
revocavit, nullaque temporis præscriptione va-  
lidam posse decrevit: quia illam Constitutionem  
Pius IV. revocavit & ceduxit ad terminos Juris  
communis; Pias eccl. ibid.

Mulcet magis præscripta censebitur res Ec-  
clesiae, si à tempore alienationis intercesserit  
tempus immemorale, vel centum annorum,  
etiam contra Ecclesiam Romanam, c. Ad au-  
diendum sup. De præscript. etiam in casu, quo  
lex prohibet præscriptionem, quia talis pro-  
moto non excludit immemoriam, nisi &  
hic expresse nominetur. Pias eccl. d. Ieron. 18. Si  
tamen ex instrumento alienationis apparet  
injustus titulus, qui caussaret malam fidem,  
cum non induceretur præscriptio, c. fin. sup.  
De præscript. Navar. Cone. 3. & 5. de censibus.

5. Oblewandum postremò hic est, si quid in  
situ & solemnitate, requisita ad alienationem em-  
terum Ecclesiasticarum sit omissum, alienatio-  
nem scilicet ipso iure nullam, etiam si ex justa  
causa fuerit facta c. ult. hoc sit. Quemadmo-  
dum enim quod sit contraleges, iure civili ha-  
betur infecto, l. Non dubium Cod. De legib ita &  
quod sit contra Canones est ipso iure nullum.  
Ac proinde alienatio ipso quoque iure nulla e-  
tit, facta quidem secundum solemnitates, à  
iure requisitas, sed non ex justa causa alienan-  
di, puto necessitate vel utilitate Ecclesiæ po-  
stulante, quia Canones coniunctim, ut dixi,  
requirunt hæc duo, ut & solemniter & ex ju-  
sta causa fiat alienatio, c. Vs super in fine hoc t.  
& can. Sine exceptione XII. qu. 2. Quod si vero  
substantia quidem alienatio, quia facta sit & ex  
sulta causa, & solemniter id est servata for-  
mā à iure præscripta si tamen per eam Ecclesia  
inveniatur enormiter læsa, poterit restituiri in  
integrum, & rescindī alienatio, c. Ad no-  
trum II hoc tit. exemplo minorum,  
quibus Ecclesia compa-  
ratur.

## TITULUS XIV.

## De Precariis.

1. Nomen contractus aliquando propriè, quando-  
que latius sumi,
2. Contractuum ali Nominati, ali Innominati.
3. Item aliù boni fidei, aliù stricti iuri.
4. Aliù Re, aliù Scriptura, aliù Verbi, aliù consen-  
sus superficiuntur.
5. Precarism quid sit.
6. In quo à commodato differat.
7. Sumi pro contractu, & pro re, qua precarie  
datur.
8. In quo à Precaria seu Precarisi differat.
9. Precaria quanto quoque anno renovanda.
10. Et ex caussa revocari potest.

**Q**uoniam superiori Tit. dictum est, ali-  
quotationē rerum Ecclesiæ regulariter esse  
prohibit: ideo nuac sequitur de qui-  
busdam alienationis speciebus seu contractibus  
quibus sit alienatio: & quidem primò de Pre-  
caris, quia cùm per eas non transferatur domi-  
nium, sed solum utilitas, dubitari potest, an sint  
licita, an non.

1. Pro pleniori autem intellectu eorum, quæ  
hoc Tit. & aliquor sequentibus dicentur,  
præmittendum est, Contractum aliquando su-  
mi propriè pro obligatione ultero citroqne, quæ  
Græcibus Μαζια vocant, l. Libeo 19. D. De  
verb significat, id est pro conventione, quæ ut-  
rimque obligationem parit: nam obligatio  
non est propriè contractus, sed ejus effe-  
ctus: alias verò latius sumi nec distingui à  
Pacto, nihilque aliud esse, quam duorum  
pluriumve idem placitum consensum, seu  
conventionem, sive pariat utrumque obliga-  
tionem, ut Emptio - venditio, Locatio - con-  
ductio: sive ex altera parte tantum, ut Dona-  
tio, Promissio que accepta, Depositum, Pre-  
carium. Et in hac acceptione Contractus in pri-  
mis dividitur in Nominatum & Innominatum.

2. Nominatus contractus dicitur, qui cer-  
tum & distinctum ab aliis contractibus nomi-  
natur.

Q. 2. habes